Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

quo supra diximus. Vnus fratrum ejus Bertholdus, fit
Aquileiensis Patriarcha; alter Ekbertus Babenbergen-
sis Episcopus: reliqui duo Otho et Henricus militiæ de-
diti, patri in principatu supervixerunt. Hedwigis vero pan-
essetamos nata duodecim, proclaro principi Henrico Duci
Silesiæ et Poloniæ collocata est: quem illa instar Sarae cum
timore Domini, non cum libidine sua, consensit sunxe-
— Tres vero peperit filios, Boleslaum, Conradum et Hen-
ricum et tot idemque filias, Agnetem, Sophiam et Ger-
trudem. — Qui ex eis nati sunt, divino cultui dediti
fuere, eumque pro viribus augmentarunt. Filius
eorum Dux Henricus patri in Principatu succedens,
vir Deo devotus, et bonorum operum studiosus fuit,
idemque ut fidelis et strenuus Christi miles, Tartaris
pro Dei populo constanter se opposuit, suoque sangu-
ne mortem oppetiit anno salutis millesimo ducentesimo
quadragesimo primo, quinto Idus Aprilis. Filia eorum
domina Gertrudis, piorum parentum secuta vesti-
gia, in virginea puritate perseverans, in ordine Ci-
stercensi Christo servivit. — felices hi conjuges — vno
animo parique consensu, cum Episcopi Benedictione
solenni, perpetuam continentiam se servaturos
promittebant. — trigita circiter annos solo toro sepa-
rati, vitam duxerunt castitatis pulcritudine mi-
rifice decoratam. — — — constructo Trebniensi monaste-
rio, multas illuc collegit feminas et virgines, que
Domino servirent in cordis et corporis puritate et ca-
stitate, inter ineffabiles gloriæ coronas recepturæ.
Inter quas suam quoque obtulit filiam Gertrudem,
quæ illic postea Abbatissa creata est. — Cupiens autem
in pietatis et humilitatis studio profuere ac proge-
di, in fervore spiritus post Christum exuit extra castra
et cum parva familia se contulit Trebniam, atque
illic prope monasterium virginum Cistercensis, Adi-
nis Domino servivit, marito adhuc vivente. — Cum
sic autem beata Hedwigis in Trebniensi monasterio
degeret, illarum quidem monacharum indutha-
bitum, sed institutum illud monasticum professa
non est, vt misericordiæ operibus et consolandis pau-
peribus liberius vacare posset. — Vt capellani, et qui
in ejus ministerio erant, thesaurum multitudine
gravabantur: sic illa gravate ferebat, si multas ha-
bere non posset. Vnde quidam e clero hoc de illa versu
composuit:

In sola thesa non est contenta Ducissa;
Quod sunt Presbyteri, tot thesas optat habere.

114) Proprium Cistercense Congregationis Longobardiæ
in II Nocturno festi S. Hedwigis XV. Octobris.